



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

61 Prudenter stulta populi postulata reijcere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

illo (sic Nicephorus lib. 4.) qui in vna Dei cogitatione omnes cogitationes ponit, huic montes & spelunca conueniunt: at qui cum virtute & pietate civilem etiam viuendi rationem edidicit, & notitiam sibi comparauit rerum variarum, ille verò populum ad optima ducere idoneus est.

## SIGNVM LX.

## PRVDENTER POPVLVM

alloqui.

1. **P**ericles Atheniensis verba facturus apud populum, non nisi præmeditatus in concionem progrediebatur: optabat interim à Dijs immortalibus, ne verbum vllum sibi excideret, quod quemuis ciuium offendere posset. *Plut. in eius Vita.*

*Ne populo fidas, populus mutatur in hostes. Plebs hostium fraudibus facillimè exponitur, inops consilij, & promissis allesta.*

2. **A**ugustus neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus est vnquam, nisi meditata & composita oratione, &c. *Sueton.*

## SIGNVM LXI.

PRVDENTER STVLTIA POPVLI  
postulata rejicere.

**C**onsultatione habita Vrbinates decretum fecerant, ne eum ciuitas ciuium esse debeat, rusticianis domum in Vrbe habere liceret, idque à Comite Frederico vt confirmaretur petierant. Comes prudentia ciuium laudata, vnum, inquit, secretum

nequam decretum promulgatur, à vobis scire  
 pio, quid rusticanis respondere debeam, si di-  
 erint, vt ciuitas ciuium, ita rus rusticorum esse  
 bere, & aliud à me decretum petierint, vt sicut  
 officis in ciuitate domum habere non licet, ita  
 vrbibus ruri prædium vllum possidere non liceat.  
 his obmutescens, egregium hoc decretum  
 vrbis abrogatum fuit, quam promulgatum. (Al-  
 ter altero carere non potest. Horat. *Odi profa-*  
*rum vulgus, & arceo.*)

## SIGNVM LXII.

PRVDENTER PROSPICERE PERA- Prudentia  
 uida, & vitanda. Item prudenter presentia ordi- oculis, for-  
 nare, considerando, quid in prateritis bene, vel titudo ma-  
 male successerit; laudatum, vel reprehen- natus est Ma-  
 sum sit; & futura prospicere, dum gistratum  
 nauis est in tuto, (vt ait Terent.  
 in *Adelphis*.)

Ap. 6. Melior est sapientia, quam vires; & vir  
 prudens, quam fortis. Syr. 10. Rex insipiens per-  
 dit populum suum: & ciuitates inhabitabuntur  
 et sensum prudentium. Horat. Oda 3. *Vis consilij*  
*superis mole ruit sua: nec est diuturna possessio, in*  
*quam gladio inducimur, ait Curtius lib. 3. & Isocr.*  
*Demonic.* Eurip. *Mens vna sapiens multorum*  
*uertit manus.* Liu. 11. *Hist.* Multa natura impedita,  
 consilio expediuntur. Nullum animal maiori ar-  
 tractandum homine. Seneca 1. *de Clem.* Quare,  
 Saturnus summus Planetarum tardissime cir-  
 cumagitur: sic Magistratus omnia maturè & cir-  
 conspectè agere debet. Vitabit extrema: vt non  
 vel præceps, vel lentus; sed maturus, & mo-  
 deratus.

Quod